

PHYSIOLOGIA SYSTEMATIS OSSIUM.

PARS PRIOR,

CUJUS

SECTIONEM PRIMAM,

CONSENT. EXPERIENTISS. FACULTATE MEDICA ABOËNSI,

PRÆSIDE

NICOLAO ABRAHAMO UR SIN,

*Phil. & Med. Doct. Anatomiae & Physiologie
Professore P. & O.*

PRO GRADU MEDICO

PUBLICÆ MODESTE SUBJICIT CENSURÆ

AUCTOR

IMMANUEL ILMONI,

*Phil. Mag. & Med. Licent. Med. Adjunctus
& Anatomiae Proseclor,*

In Auditorio Medico die XIV Junii MDCCXXVI,

horis consuetis.

SPECIMEN II.

Tib. Ilmoni

ABOÆ,

Typis FRENCKELLIORUM.

Mr. Leopold.

170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

II. OSSIUM CONNEXIO.

Cuncta fere humani corporis Ossa per varias commissuras in unum Totum juncta & constructa cernuntur: atque duæ hinc veniunt res jam considerandæ, istæ nempe Commisuræ, quæ *Articulationes* nominari solent, & deinde Totum illud, quod *Sceletum* dicunt.

I. Articulationes.

Hæc diversæ indolis organa, quibus scilicet Osium singularum conjunctio sicutur, propriarum cartilagineæ, fibro-cartilagineæ fibrosæque naturæ⁶⁵⁾ formationum ope efficiuntur. Eorum certe maxima est varietas, tum articularium superficerum coëuntibus in Osibus multifaria forma tum quoque rei conjungentis varia natura, unde motus Osium vel exsistit vel plane impeditur; hæ tamen species variæ reaperte in duo naturaliter, præsertim hujusce mobilitatis habito respectu, genera redigi possunt, — *Diarthroes* nimirum, quæ vocantur, mobilitate conspicuas, & *Synarthroes*, quæ immobiles sunt.

a. DIARTHROIS, s. *Articulus nat' eξ.*, mobilis est Articulatio, in universum Ossa longa jungens, vel inter se vel cum Osibus alius formæ, proprieque iis attributa partibus, quæ locum vel situm corporis quodammodo mutando inserunt. Forma generalis Diarthroes, vel species externa, hoc fere modo delineanda. Osium nempe jungendorum extremitates ita coëunt, ut harum superficies, perfecta gaudentes lævitatem, aliæ in aliis flecti labique possint, & circumcirca tan-

E tum,

⁶⁵⁾ Histologicam formationum animalium, quam Cel. MECKEL in lato opere supra pluries citato statuit, distributionem, utpote nobis maximopere arridentem, secuti sumus. Neque tamen tempore nobis possumus, quin memoratas nuper Textus formas — cartilagineam puta & fibro-cartilagineam — varietates modo speciei unius, Cartilagineæ, potius quam diversas plane Texturæ formas habendas esse, statuamus. Qua de re conf. HEUSINGER, I. c. p. 42.

tum, sive superficierum articulatum ad circumferentiam, Ossa colligata ceraantur, unde igitur mobilitas, quam loquimur, sit possibilis. Terminorum illae superficies articulares cartilagineis, modo quo supra est memoratum, stratis obducuntur ⁶⁶⁾, quorum nempe ope Ossa a frequenti illa frictione servari possunt. At videre licet quoque nonnullis in Articulis singulares cartilagineas, vel forsitan rectius fibro-cartilagineas ⁶⁷⁾, formationes, quæ, *Cartilagines interarticulares* vel *intermediæ*, *Menisci*, ut dicuntur, terminales Osium superficies cum ipsis parallelæ interjacent, varia ceterum, quantum ad Articuli indolem, forma gaudentes, & nonnisi in peripheria sua, ubi etiam crassiores comparent, aliis coalitæ sunt & affixæ partibus, reliquo nimirum ligamentoſo illo externo, qui Diarthroſin cohibet, apparatu; — quo igitur fit, ut, perfecta instructæ mobilitate submollique firmitate, ab Ossibus, sub perpetua horum inter se invicem frictione, utrinque comprimantur. Et hæ omnes cartilagineæ indolis productiones, elasticitate, separato situ atque lævitatem conspicuæ, motus articulatis facilitatem, una cum apparatu Synoviali, mox exponendo, proprie efficiunt. Organa porro quæ coëuntum Osium fines proprie conjungunt Articulosque firmant, h. e. præcipue *Ligamenta*, ut in universum vocantur, nitentes, candidæ, elasticæ maximeque firmæ sunt partes, ad fibrosum telæ ordinem pertinentes ⁶⁸⁾, quæ, cum Periosteo conflatæ, Osium commissuras colligant eo modo, ut ex uno ossei Systematis loco, juxta superficies articulares, in alterum exporrigantur, fibris longitudinaliter vulgo collocatis. Duplicis sunt speciei ista ligamenta fibrosa: — aut Membranas referunt, quæ terminos Osium Cartilagine obductos h. e. totum Articulum plus minus.

⁶⁶⁾ *Cartilagines articulares*. Vid. supra.

⁶⁷⁾ Ut scilicet volunt Cell. BICHAT, l. c. pag. 212, & MECKEL, l. c. pag. 438 sq.

⁶⁸⁾ Cfr. BICHAT, MECKEL, HEUSINGER, suis in locis.

minusve plene, circumcirca, saccorum utrobique apertorum insofar, involvunt, unde *Ligamenta capsularia* vel *Capsulæ articulares fibroſæ* nominari solent, at raræ adsunt ⁶⁹); aut Fasciculorum potius, & quidem ſæpius, præ ſe ferunt formam singulorum, cum dictis membranis aliisque partibus plurumque coalitorum & alias plus minusve regulariter instructorum, qui in uno Osfe exorti vicino inferantur, & quoniam Articulum ita extrinfecus quaſi a latere, paucisimis exceptis ⁷⁰), firmant, *Ligamenta lateralia* vel *accessoria* dicuntur. Neque vero omittendum eſt, Musculos quoque & ipsis Tendines ad firmandas Articulationes nonnunquam & magnopere conferre. — Ast eam, quæ ex articularibus Oſium juxtapositorum superficiebus & apparatu ligamentoſo formatur, veluti cavitatem intus investit membrana quædam peculiaris valde ſubtilis, tenerima & glaberrima, quæ, Capsulæ articulareſ & Ligamentorum Tendinumque internum velamen quodam ſiftens, cartilagineas quoque omnes huic pertinentes formationes, veluti ſaccus in ſe plane reclusus, obtegit. Hæc membrana ſacciformis ferofæ indolis eſt, propriasque præterea ad Articuli ambitum collocatas habet Glandulas: atque ex his Glandulis, neque minus ex ipſius membranæ superficie interna, adipofus quidam ſui generis humor limpidus & glutinosus fecernitur, quo tota ſuperficies interna articularis usque illinīta, unde illa facilitas motus, cernitur. Eſtque huic humoris *Synoviae* f. *Unguinis articularis* nomen, unde dicta quoque membrana *Synovialis*, & glandulae ipſius illæ ſecretorie *Glandulæ synoviales* appellantur ⁷¹). Has jam partes-

E 2

to-

⁶⁹) Cfr. BICHAT, l. c. pag. 188 ſqu.

⁷⁰) Quoniam ſcilicet ejusmodi Ligamenta quoque in ipſo Articulo medio inveniuntur, ex uno in alterum os trajecta, qualia ſunt v. gr. inter imum Acetabulum & Caput Oſis Femoris, *Ligamentum illud Teres*, quod vocatur.

⁷¹) Multa quidem tum de hisce Glandulis, tum & de ipſa Synovia, & Anatomico & Chemico reſpectu, eſent diſferenda; at ea, utpo-

totus ille Articulus mobilis, Diarthrosis, complectitur, & in diversas, commodissime forsitan quattuor, species vel formæ varietates distingui potest, quæ sunt: —

1. ARTHRODIA, solutissima articulatio ita comparata, ut ex Ossibus duobus vicinis alterius caput sive extremitas convexa superficie articulari alterius plus minusve excavatæ, infidat & ibi circumagitari poscit: unde igitur Ossis inhærentis vaga oppositio ⁷²), sive circumductio una cum flexione quoquoeversum, & simul circa axin sui nonnulla rotatio oriuntur. Quanto autem amplius Ossis caput est, fovea vero articularis, istud excipiens, minus profunda, tanto quoque liberior evadit motus: & hic Articulus proprie solus capsula illa articulari, quam descripsimus, est instructus, & præterea cavitatis articularis margo totus fibro-cartilagineam habet adhesionem annularis formæ, unde cavi istius capacitas major. Hujus Articulationis exemplum clarissimum Articulus Scapulo-humeralis s. Ossis Humeri cum Scapula juncta, omnium liberrima, fistit. At heic tamen memoranda est Arthrodia quædam varietas singularis, Enarthrosis dicta, ob maximam nempe Cavi articularis profunditatem, ita ut Ossis vicini caput fere totum in se condat, quod solummodo in Articulatione Ilio-femorali cernere licet ⁷³). — 2. GINGLYMUS jam, ad mobilitatem, multo limitioris est naturæ. Heic nimirum termini Osium, cum eminentiis

te proprie non hujus loci, a præsenti consilio valde multum nos deducerent.

⁷²) Ut loquitur Cel. BICHAT, l. c.

⁷³) Sunt certe Anatomorum plures, qui quidem Enarthrosin propriam Diarthroseos speciem constitutæ putent (Vid. v. gr. ipsum MECKEL, l. c. pag. 395); quum vero nonnisi profundiore cavitate articulari ab Arthrodia differat, & ejusdem præterea indolis sit, tum secundum rem conjunctivam tum quoad ipsum motus modum, haudquam ut diversas species Diarthroseos, verum ejusdem speciei tantum varietates considerandas duxerim illas. Majori fortassis jure cum Cel. BICHAT specierum primam statuere posles Articulationes Scapulo-humeralem & Ilio-femoralem, solas; quippe quæ, liberrimæ,

nentiis suis & excavationibus invicem respondentibus, junguntur, eo scilicet modo, ut Osium limitate oppositorum corpora appropinquare tantum & recedere possint, h. e. ut flexio & extensio recta via una solum directione inde possibilis fiat: — cuius Articulationis exempla articuli Humero-cubitalis, Femoro-tibialis cet. adferri possunt, in quibus binæ eminentiæ alterius Ossis excavationibus binis alterius respondent, quum in aliis non nisi singulæ inveniuntur. — 3. TROCHOIDES (vel *Rotatio*) eo est habitu, ut Osia conjungenda, fere parallela juxta se invicem posita, ambabus in extremitatibus per superficies articulares istasque planiores coëant & aptentur: qui autem hinc exoriri potest motus, solius rotationis, uti & nomen commonstrat, species est, eo scilicet, quod alterum Os circa suum & simul alterius Ossis axin plus minusve vertitur, & hujusmodi articulationem commisura Cubito-radialis exhibit. — 4 AMPHIARTHROSIS denique vocatur Articulatio, Osia brevia generatim jungens, quando per superficies articulares modo planas modo variis asperitatibus instratas, ita artius brevium Ligamentorum ope connectuntur: unde, quod perspectu est facile, limitatus valde & non nisi frictioni leví similis amborum Osium motus heic locum habet. Hujuscemodi naturæ est articulatio, quæ v. gr. processus articulares Vertebrarum Dorsi, Osia Carpi cet. componit, — & præterea, utpote Diarthroseos maxime immobilis species, sequenti articulationis generi confinis statuatur.

β. SYNARTHROSIS. Hæc Articulatio, quæ immobilis merito dici potest, Osia lata generatim inter se vel etiam cum Brevisbus istorumque variis compositionibus conjungit. Hinc proprie Osium, quæ ad cavitates istas corporis humani majores, Osibus contabulatas, Cerebri Pelvisque, formandas coëunt, commisuras præbent. Pauca admodum, & fere nulla, huic

Articu-

præter flexionem omnimodam & circumductionem, quoque dictum rotationis motum, aliis Arthrodiæ formis non attributam, præbent. Vid. BICHAT, I, c. pag. 54 sqq.

Articulationis generi attributa est mobilitas; jungendorum namque Ossium margines juxtapositi arte velut agglutinati cohærent, ita scilicet, ut istos tum cartagineæ laminæ, Cartilagineæ nempe Suturarum illæ supra jam memoratae, fibris que plus minusve intersparsæ, interjaceant, tum & extrinsecus Ligamenta fasciata, fibro-cartagineo generi formationum annumerata, insuper & præter Periosteum aliaque integumenta, cohibeant. Tres, eæque sequentes, aptissime Synorthro-
eos species discerni posunt:

1. SYMPHYSIS, omnium hujus generis articulationum minime est immobilis; ideoque Diarthrosin proxime vicina adiacet. Quæ enim superficies & margines Ossium articulares conglutinat & cartaginea & fibro-cartaginea extus fasciculatis masla, insigniori valet elasticitate; unde paulisper saltem Ossium superficies articulares reciprocum situm mutare possunt. Rei autem conjungentis natura, prout scilicet cartilago vera aut fibrosa illa huic contexta prævaleat formatio, in duas abit varietates, — *Synchondrofin* nimirum & *Synneurofin*, quarum exempla separata v. gr. Ossium Sterni & Ossium Pubis inter se commissuræ præbent, at præ ceteris fere Corporum Vertebrarum conjunctiones Synneurofin ostendunt⁷⁴⁾.
 2. SUTURA, immobilior jam hujuscce Articulationis forma, planorum Ossium superficies marginales, longas varie magis minusve

⁷⁴⁾ Quamvis natura per luxuriantes formas ex uno in alterum pedentim & per gradus, uti quoque heic, transgrediatur; attamen in illa articulationum varietate inter Mobiles & Immobiles nullum genus intermedium, *semimobile*, quod nonnulli volunt, jure distinguendum putamus. Est autem hanc ob causam Articulatio Vertebrarum memorata notabilis; quoniam partim per Amphiarthrofin partim vero per Symphysin Ossa illa conjunguntur; id quod efficit, ut ista per se duplex vertebralis Articulatio sit veluti centrum, unde Mobilium Immobiliumque formæ omnes utræque in suam discurrant partem. Ejusdem fere notæ quoque Costarum cum Sterno, & per Cartilagineas illas longas & per capsulas quasdam articulares, facta conjunctio est.

nusve asperas vel sinuosas conjungit, dicto scilicet cartilagineo valde tenui interposito strato; quorum igitur Ossium tanto immobilio est nexus, quanto magis implicite marginum aliis in alium exit. Cranii proprie Ossa jungit Sutura: & implicita illa marginum dispositio extrosum, sive ad Cranii superficiem externam, conspicua magis est. At saepe in ipsa junctura superficiebus coëuntibus interjacent frustula illa integra, Ossis vicini alias crassitiem æquantia, quæ *Osficula triquetra* (s. *Bertini*) nominantur. Sunt, pro diversa marginum articularium forma, diversæ quoque Suturæ varietates, quarum quinque sequentes assumi commode possunt: — *Harmonia*, marginibus fere recte productis, *Sutura squamosa*, ubi Ossium margines squamarum instar supra se invicem posita jacent; *Sut. Serrata*, quæ superficies marginum articulares cum inconditis alternis striaturis vel crenis ad ferræ modum prope instructas, invicem igitur respondentes præbet; *Sut. denticulata*, cuius marginibus quoque spinæ vel styli intunt, foveis suis respondentes, attamen longiores dentibusque similes istæ; *Sutura denique Limbosa*, in qua multifariam magis incurvantur, fimbriarum instar, margines Ossium coëntes, cum dentato alias illo apparatu in semet invicem incidentes, unde igitur longe firmior commissura evadit. Quæ tamen omnes Suturæ variationes haud distincte inter se differunt; verum potius leviter alia in aliam transit, immo & mutabilis valde comparet ⁷⁵). — 3. GOMPHOSIS, tertia tandem Synarthroseos species est, ejusque peculiaris indolis, ut osficum quoddam, coniforme prope, in cunei modum alterius in massam alte infixum reperiatur, nulla ipsis re conglutiente proprie interposita, quo igitur firmissima efficitur Articulatio minimeque mortui obnoxia, — cuius sunt naturæ Dentium cum Ossibus maxillaribus commissuræ ⁷⁶). Ast ea jam, pro consilio materiei

⁷⁵) Peculiaris scilicet Ossium quorundam singulorum commisura eadem non semper habet Suturæ formam. Cfr. MECKEL, I. c. pag. 400.

⁷⁶) Ob rei cujusdam conjungentis absentiam aliasque causas. Gom-

teriei tractandæ, sufficient de Articulationibus, quum, qui graphiam ipsarum accuratiorem inspicere vult, Anatomen quamlibet speciale adire possit.

2. Sceletus.

Descriptarum Articulationum ope singula corporis humani Ossa in unum symmetrice dispositum continuumque junguntur complexum, qui sub *Sceleti*⁷⁷), uti diximus, nomine venit. Hæc ossea Organisatio, qua continua totaque, secundum momenta illa osteographica supra jam enumerata, in Sceleti hac naturali delineatione jam breviter considerabitur: quamvis tamen maximi heic certe habenda est Forma vel Configuratio, utpote quæ, a singulorum Osium formis procedens, totius corporis integrum determinet habitum pariterque singulo cuique membro certam suam a Toto dependentem speciem ingerat.

I. FORMA Sceleti. Oculos ad Totum Sceleti contemplandum si vertimus, quod in eo in primis conspicuum cernere licet, est in longum quædam protracta, multorum Osium supra se invicem positorum, in modum columnæ cum capitulo suo, facta coagmentatio, quæ veluti axis Totius vel centrum esse videtur, aliasque adpositiones intimo nexu secum junctas habet: deinde vero nonnullæ minus arcte cum ipsis centralibus partibus unitæ &, quasi appendices quædam, magis sejunctæ Osium catervæ cernendæ sunt. Hinc igitur duas inter

phosis singularem e reliquis Synarthroseos speciebus exceptionem constituit.

⁷⁷) A vocabulo Græco σκελλω, sicco, emacio, attenuo, unde σκελετος (h. e. σωμα) corpus siccatum s. mumia, & Sceletus.

inter se magnopere diversæ Sceletum componunt partes, quas *Truncum & Appendices* appellare fas erit ⁷⁸).

α. *TRUNCUS.* Quemadmodum Sceleti totius ita quoque Trunci pars præcipua & fundamentalis est, quam nuper sumus locuti, columniformis illa præriorum Ossium colligatio, *Spina seu Columna vertebralis*, sensu latisimo, h. e. una cum Basí & Capitulo suo sumta. Primo autem ipsa Columna sive Scapus, facta & per Amphiarthrosin & per Symphysin, validis Ligamentis, dicto modo Vertebras annulares inter, quæ numero viginti quattuor sunt, semimobili illa Articulatione, intus in se & per totum tractum cavernam aperit longitudinem, *Specu vertebrale*, ut vocatur, in quo nervosi Systematis pars quædam centralis, Medulla scilicet spinalis, tuta atque protecta latet. At quæ antrorum vergit Vertebrarum pars, h. e. Corpus earum, maximæ molis est, subcylindracea & in Ossium continuitate, singulis eorum corporibus præterea cartilagineo interposito strato, ipsum illud stabiliens totius Sceleti fulcrum compactum & fundamen ficit. — Hujusce Columnæ termini ambo valde inter se invicem dissimiles & quasi poli oppositi sunt. Primum igitur caudalis ille terminus, sive Basis Columnæ vertebralis, singulare Os inter Brevia & Lata, sive Mixtum, multisque asperitatibus instructum est, *Os Sacrum* scilicet, quod infimæ in serie spinali Vertebræ agit partes, in Vertebrarum modum cum proxima harum juncta, & ex cujus a Specu vertebrali continuata, occlusa caverna, per foramina plura, magna, Medullæ nervosæ divaricationes, *Cauda equina* appellatae, egrediuntur. Accedit vero & Sacro insuper appendix quædam, *Os nimirum Coccygis*, in ima Columna situm. — Superior autem sive cerebralis Columnæ terminus

F nus

⁷⁸) Haudquaque trichotomiam illam exhibere nobis placet, in *Caput, Truncum & Extremitates*; nam Ossa Capitis æque ipsa natura cum complexu Ossium truncali ac v. gr. Ossa Pelvis cohædere haud est insitiandum.

nus multo complicior insigniorique arte constructus comparet. Pariter nempe atque ipsa medullæ nerveæ Organisatio heic floris instar patulam suam evolvit corollam, haud quoque aliter, quæ custodit & circumdat istam, in multiplices expanditur ossea organisatio species & pluribus composita partibus est. Quæ itaque ad capitulum hocce Columnæ formandum Ossa coëunt, — proprie nimirum *Cranii Ossa* appellata, — ex Latorum præcipue & Mixtorum ordine sunt atque inter se per Suturæ omnes formas unitæ, eo scilicet modo, quod cavitas fere undiquaque præclusa oritur, in quam per *Foramen magnum* Specu arctum vertebrale aperitur. Illam vero cavitatem totam implet stupenda Cerebri organisatio, cuius multæ radiationes rursus per numerosas & varie foraminatas aperturas ad Sensuum in Cavi hujus peripheria anteriore inferiore habitantia Organa exporriguntur. Tota illa Osium latorum concameratio, Cranium, articulationis mobilis, Amphiarthroeos nempe cujusdam singularis, variisque apparatus ligamentosi ope, cum Atlante, proxime vicina Vertebra conjuncta est, unde igitur Nutationis motus, & Atlante porro cum subsequenti Vertebra, Epistropheo, per Trochoidem unito, Rotationis motus oriuntur. Ita, si non Columnæ vertebralis illud caput, totum, capsam nimirum illam Encephali, ut supremam Vertebram medullaris Spinae, eamque compositam, considerare licuerit; saltem naturæ convenienter esse colligas, *Os occipitale*, lúculenta quippe vertebrarum formâ gaudens, ipsis vicibus fungi, reliqua autem Cranii Ossa, — *Parietalia*, *Sphænoideum*, *Temporalia*, *Frontale*, *Ethmoideum*, — illius quasi auxiliaria esse⁷⁹⁾. Ut vero præterea ipsa Spina vertebralis ad partes suas spectetur, triplicem, uti notum est, distinguunt Verte-

⁷⁹⁾ Compluribus certe hodierni ævi Anatomorum placet, vertebralem characterem atque denominationem multis aliis Osibus vindicare, unde appellationes, quales sunt. v. gr. "Augwirbel" (Alæ minores Ossis Sphænoidei), "Obermaстigations wirbel" (Os maxillare superius), "Gaumenwirbel" (Ossa palatina) cet. Vid. ex. gr. OKEN (Ueber die Bedeutung der Schädelknochen, ein Programm) & M. J. WEBER

Vertebrarum varietatem: *Dorsales* nempe, quæ totius Columnæ sunt in medio, infra autem has *Lumbales* & supra *Collares*. At in ipsis oppositio nonnulla conspicua est; Collares enim vertebræ pari fere atque Lumbares, & a Dorsalium nonnihil abeunte, modo, quoad Procesus spinosos, Foraminis spinalis formam, cet., instructæ apparent. Varios præterea Vertebrarum series format sinus: primum enim in Cervice est prorsum convexa, in Dorso autem medio retrorsum concava vergit, donec iterum ad Lumbos convexam, ut superne, sumit formam. — His jam partibus continetur, una cum Basi & capitulo suo, vertebralis Columna, quatenus nimiri ut Medullæ spinalis atque Cerebri involucrum & Totius fundamen consideranda est.

Huic vero Trunci, & quidem Sceleti, Axi, Columnæ vertebrali, ad utrosve fines mediumque alii Ossium globi, qui ACCESSORII appellari possunt, plus minusve intime adaptati reperiuntur. Media autem quod spectat Ossa accessoria, primo e Vertebris Dorsalibus ad utrumque latus, & per duplices Amphiarthroes propriaque Ligamenta cum ipsis colligata, Ossa longa, arcuata, tenuia duodecim, cum spatiis intermediis reciprocantia, utrinque proveniunt, — *Costæ scilicet* — & ex adverso, Synchondrosis singulis variis ligamentosis membranis, sensim rursus cœunt, *Sterno*, — alio Osse, ex Latis composito, perpendiculariter antice sito, — carinæ instar ista Ossa ad maximam partem conjungente. Superne porro & e Sterni *manubrio*, quod dicitur, utrinque egredientes, nec tamen Costarum ad modum Vertebris adnexæ, sunt *Claviculæ*, Ossa e Longorum Ordine, firma, incurvata, cylindrica,

F 2

(libri i. oit) aliosque. Ast nimis late Celeberrimos istos viros præcepta hypothesi ductos heic evagatos putare ausim, quem vertebræ formam flatuant prototypum Ossibus, quorum ne minimam quidem ipsa similitudinem vel intensinam quandam rationem habet, — qua de re autem in mere physiologica hujusc Dissertationis parte plura tractanda veniant.

dracea, in plano fere sita, quorum vero utrumlibet secum aliud Os, Latum tenuique & alias multiforme, *Scapulam*, a tergo positum adjungit. Duo hæc Ossa appendicem quandam medii illius globi accessorii constituant: quæque ista Ossa colligant Articulationes, — *Sterno-clavicularis* & *Claviculō-Scapularis*, — ita comparatæ sunt, ut illa Arthrodiæ limitatissimæ, Menisco interarticulari instructæ, hæc vero Amphiarthroseos, pluribus & diversis Ligamentis fasciculatis confirmatae, habeant speciem ⁸⁰). Dicto jam modo e Costis, Vertebris & Sterno corbis quædam truncato similis cono, cuius supremum ostium inferiori angustius, *Thoracis* nomine nota efformatur, quæ, raro intra suos parietes & in cavea istis circumscripta, Assimilationis atque Sanguificationis Organa centralia, *Hepar*, *Pulmones* & *Cor* — præ ceteris fovet, cuique supreme ad latera Organa motus arbitrarii superiora nexus intimo adhærere videntur.

E globis deinde Ossium ambobus, qui ad Trunci terminos accessorii jacent, ut primum ille superior, qui Cranio adhæret, in considerationem veniat, plura ibi cernere licet Ossa, variæ magnitudinis & ad formam aut Lata quadrantenuus aut ex Latis inordinate Mixta, quæ omnia una *Ossa Faciei* appellari solent. Horum superior ordo per Suturas varias cum Cranii Ossibus nuper memoratis arcte est conjunctus, & illi adnumerentur ordini Ossa *Nasalia*, *Lacrymalia*, *Zygomatica*, *Maxillaria superiora* nec non *Palatina Vomerisque Os*: atque inter se Suturæ Symphyseosque ope insuper componuntur. Ex quibus omnibus singularis illa Ossium congeries, quæ toti Faciei firmamentum est, exoritur; at præterea hæc,

⁸⁰) Adnumerari quidem solent Scapulæ, quinimmo & Claviculæ, Extremitatibus, ut dicuntur, superioribus; attamen istorum Ossium cum reliquo Thorace dumtaxat articulationes multifariæ, firmiores minusque mobiles, ut ceteras mittam res, ea majori forsitan jure ad media Ossa accessoria referre, atque ut appendices singulares Thoracis considerare, jubent.

hæc, intra se plures aperiens continuatas cavitates, nasales scilicet & Antra Highmoriana, pluraque in ipsis Ossa peculiaria relinquens, — quæ sunt *Ossa Turbinata* atque *Os vomeris*, harum cavitatum veluti distepimentum, — proprio Sentium Olfactus aliquatenus etiam Visus, Gustus & Auditus expansiones externas fundat, atque Respirationis magnæ functioni viam per Nares pandit. Inferior autem Ossium Faciei ordo in unum præcipue Os coalitus est, quod nimurum *Maxilla inferior* usurpat, quæ per Articulum mobilem, Arthrodiam, & Ligamenta capsularia cum Osse Temporum Cranii, cartilagineo ménisco interacente, juncta est. Sunt denique in marginibus Ossium maxillarium, superiorum & inferioris, iisque per Gomphosin infixa singularia osicula illa cibos incidentia & comminuentia, — *Dentes* scilicet, Tubi alimentarii qui circumdant ostium & de quorum natura, ab aliis Osibus nonnihil discrepante, jam supra maxime memorabilia allata sunt. Ex his omnibus patet, accessoria ista Faciei Ossa jam tractata proprie superioribus finibus organorum Respirationis & Alimentationis adtribuenda esse, & præterea, accidente præsertim *Osse Hyoideo*, instrumenta quoque Loquelæ cuncta includere atque firmare.

Tertia tandem & infima accessoria ejusmodi Regio Ossium, quæ scilicet caudali Sceleti termino adposita est, ex Osibus formatur inordinate Latis, *Illi*, *Pubis* & *Iscii*, inter se utrinque in unicum *Os Coxæ*, uti nominatur, coalitis, quod autem cum sibi respondentem atque cum Sacro per Symphyses & plura fasciculata Ligamenta junctum est. Horum Ossium, Sacri binorumque Coxæ, quasi pelluviiformis compositio Cavitatem quandam utrobique apertam peculiarem, sub nomine *Pelvis* notam, efformat: quæ flexuosa Ossium regio infimam Tubi alimentarii partem & Urinæ organa excretoria continet, — at præcipue instrumenta, quæ ipsius generis propagationi inferiunt, complectitur, & hac ratione globus iste Ossium accessorius inferior superiori illi in polarem semet modum aliquatenus

tenus oppositum exhibit. — His vero jam allatis sequitur, ut columna ipsa vertebralis nervosi Systeraatis centralem organisationem, sive nucleum veluti corporis reliqui ⁸¹⁾, involvit, catervas illas cum ipsa conjunctas accessorias pariterque polares organorum proprie vasculosi Systematis, hinc Productionis & Assimilationis individuae centris involucra atque propugnacula fornicatis suis sinibus suppeditare.

B. APPENDICES. Hæ Sceleti periphericæ partes, quæ & *Extremitates* illius dici solent, Trunco nuper delineato ad utrumque latus affixæ sunt. In duplicem isti Osium globi ordinem, propter situm, discernendi veniunt, *superiorem* nis mirum & *inferiorem*, utriusque bini, atque Ossibus ad maximum partem Longis continentur.

1. APPENDICES SUPERIORES vel *Thoracicæ* artubus, qui proprie ad res mechanice tractandas adhibentur, firmamini sunt, & hoc fere modo instructæ: — Cum utraque Scapula cohæret per Arthrodiam maxime solutam Os longissimum, *Humeri* scilicet, Brachium constituens; istud autem excipiunt duo longitudinis minoris, parallela Ossa, *Cubiti* & *Radii*, quorum illud Ginglymo hoc vero Arthrodia cum Humero colligantur, quæque, per Trochoidem ambis in extremis inter se atque interossea per longum membrana conjuncta, hujuscce artus secundam partem, Antibrachium, efficiunt. Hanc porro subsequuntur Ossicula octo inæqualiter rotundata & in duplex stratum, Amphiarthrosi ista conglutinante, collocata, Ossa nimirum *Carpi*, quorum conglobationem Arthrodia quædam limitatior præcipue cum Radio jungit, quæque ut Osium Antibrachii disjunctæ continuations comparent. Amphiarthrosi facta Ossicula quædam longa cum Carpo cohærent, quæ numero quinque *Ossa Metacarpi* dicuntur, quorum tamen quod Pollicem fundat Arthodiæ ope Carpo est aptatum. At denique Metacarpum ex cipiunt

⁸¹⁾ "Der wahre Leib unsers Ichs, der übrige Einfassung nur der Leib dieses Leibes." REIL.

cipiunt *Phalanges Digitorum* appellata, præcedentibus gracili-
ora Osſicula longa, cuique Digo tria, præter Pollicem duo
tantum habentem. Harum Phalangum cujusvis Digitii prima
cum vicino Metacarpo per Arthrodiam valde limitatam, reliquæ
vero inter se & cum prima per Ginglymum, copulantur ⁸²).
Præterea heic memorasse refert, singularia ad Articulos meta-
carpo-phalanginos Digitorum, & in primis Pollicis, Volam
versus Osſicula subrotunda interdum inveniri, *Ossa Sesamoï-
dea* scilicet, quæ ligamentoso apparatu Musculorumque ten-
dinibus intime contexta quasi sunt ⁸³).

2. APPENDICES INFERIORES, *abdominales* quoque appellata, Oſſa artuum totius corporis locum incesu mutantium præcipue continent &, ad utrumque latus Osſium Coxæ Ace-
tabulo, cavitati illi articulari, infixæ, æqua fere ratione atque Superioris distribuuntur. Primum enim Arthrodiæ longissimum cum Coxa Os Femoris jungit, & hujus extremitati inferiori per Ginglymum rursus Tibiæ Os minus longum cohæret, singulari tamen illo Sesamoideo magno, *Patella* scilicet, magni propugnaculi instar Articulo huic antorsum interjecto. Tibiæ autem externo lateri per Amphiarthrosin membranamque col-
ligantem interosseam juncta est *Fibula* illi parallela, cum quo secundam artus partem, *Crus*, constituit, — & harum Osſium infima Ginglymus necrit cum coacervatione jam in sequenti bre-
vium Osſium Amphiarthrosi inordinate junctorum, scilicet *Tar-
so*. Istam porro regionem excipient, per Arthrodias quasdam,
Osſicula longa parallela, *Metatarsi* nempe, quibus tandem

pha-

⁸²) Est tamen commisura inter Pollicis Metacarpum & Phalangem pri-
mam potius Ginglymi quedam varietas, similis fere illi, quæ reli-
quorum Digitorum primas & secundas Phalanges necrit. Hinc for-
tas statui aliquo jure posit, Pollicem Metacarpo plane carere,
primam autem ipsius Phalangem proxime carpo adhærere.

⁸³) Quoniam ista & ejusmodi Oſſa partibus fibroſæ proprie texturæ
intersparsa sunt, ea Celeberr. MECKEL appellat; "Sehnenknochen."
Vid. l. c. pag. 467.

Phalanges Digitorum Pedis, in eundem fere atque in superiori Appendice modum eademque articulatione, cohærent.

Ex allatis igitur liquet, nonnulla hisce & superioribus & inferioribus Sceleti Appendicibus competere communia, quæ præcipua sunt: — istas Appendices ad motus arbitrarii instrumenta pertinere; eas ex tribus distincte separatis partibus componi, — Brachio, Antibrachio, manu, in Superioribus, in Inferioribus vero, Femore, Crure & Pede, quorum omnium Ossa per solas Diarthroses, easque ad Truncum liberrimas, conjuncta sunt; Ossa denique ista per regiones suas ita esse distributa, ut longissima proxime ad Truncum, singulatimque tantum, collocata sint, quo magis vero extreos artuum terminos versus, eo usque minora at simul e contrario numerosiora & magis multiplicata reperiantur, id quod certe magnopere motus mechanismo inservit providetque ⁸⁴⁾).

Plurimorum porro Ossium in corpore humano bina inveniuntur, ad utrumque latus alterum. Quamvis autem Sceletus ita symmetrice constructus appareat, ut alterum latus alteri plus minusve accurate respondeat; nihilominus tamen singula faltem Ossa aliam a semet invicem quadantenus præbent formam vel magnitudinem nonnumquam, prout nempe dextra aut sinistra sint. Sic in primis Claviculam dextram sinistra magis incurvatam sæpissime cernere licet, pariterque fere Costæ invicem comparatae sunt: & præterea quæ dextras Sceleti Appendices constituant Ossa, subgrandiora nonnihil sibi in sinistro latere respondentibus semper comparent, — id quod præ-

fertim

⁸⁴⁾ Quantum præterea ad Ossa Extrematum Longa attinet, equidem faltem illi haud adsentiri possum observationi, ista Ossa cuncta aliquatenus esse veluti torta ad Diaphysin suam, sive circum se flexa, idque præcipue de Extrematum superiorum Ossibus valere. Vid. *Dictionnaire des Sciences medicales*. Tom. XXXVIII, pag. 365.

fertim de Thoracicæ Extremitatis Ossibus longis observare
licet ⁸⁵).

Neque vero prætermittendum est quod autumant, numerum scilicet certorum Ossium nonnumquam, licet admodum rare id eveniat, consuetum normalemque superare. Vertebram nempe aliquam vel etiam par quoddam Costarum immo quoque totos Digitos suis cum Ossiculis numero aliquoties plures quam in statu normali fuisse comparerunt ⁸⁶). — Cunctorum autem, quæ humanum Sceletum constituant, Ossium censetur numerus esse ducenta quattuor & quadraginta, exceptis scilicet Ossiculis Sesamoideis, quæ magis infinita inveniuntur. At secundum Celeberrimum MECKEL cuncta Sceleti normalis Ossa ducenta sex & quinquaginta numero sunt ⁸⁷). Quantum denique ad totius Sceleti sive Ossium, quotquot corpori humano insunt, siccatorum scilicet, pondus attinet, ad uncias centum & quinquaginta per medium, sive decimam fere totius corporis partem, censetur. ⁸⁸)

II. Configuratione totius Sceleti, prout illa e singulorum Ossium antea jam descriptis conficitur formis, qualitercunque delineata, restat, ut momenta quoque alia, quatenus scilicet a Totius hujusce constructione temperentur, paucis attingamus. — Primum igitur TEXTURÆ ossæ in Sceleto effecta hæc est ratio, ut longitudinaliter per plurimum Sceletum fibræ ossæ collocatæ cernantur. Namque præter Appendices, quæ, Lon-

G gis

⁸⁵) Dissertationis hujusce ratio nullam omnino specialiorem Sceleti humani Topographiam admittit; quodsi igitur infra particularia quædam attingere obiter opus eset, Celeberrimi adeamus MECKEL opus: Handbuch der menschlichen Anatomie, 2:t Band.

⁸⁶) Cujus rei exempla vid. inter alia Dictionnaire des Sciences médicales, suis sub titulis, & MECKEL, Archiv u. f. w. T, IV, pagg. 320 sqq. & 480 sq.

⁸⁷) MECKEL, l. c. vol. II, pag. 22.

⁸⁸) Vid LENHOSSÉK (secundum SWEDIAUER) l. c. pag. 233.

gis præcipue constitutæ Ossibus, illa prævalenti telæ forma gaudent, longitudinalis ipsa Texturæ dimensio quoque in Columna vertebrali prævalere videtur; id quod ex areolarum sive cellularum in longum productiore & ad tractum ipsius Columnæ longitudinalem directa forma fibrarumque superficiarum eadem directione sat evidenter colligi potest, — haud secius ac tota illa Columna esentialiter sive per ideam suam unum tantummodo Os longissimum designet, quod demum velut in magnam quandam Apophysem per polymorphas Cranii partes late expensum appareret⁸⁹⁾). Atque similem fibræ ossæ quoque per Sterni tres partes longitudinalem tractum continuare videntur⁹⁰⁾). Ex allatis præterea elucet, modificationes osseæ substantiæ supra expositas, quæ a fibrarum ad strictiori laxiorive coagmentatione profectæ sunt, ita esse in Sceleto distributas, ut *compatta* substantia in Appendicibus maximeque in Cranio & ejus accessoria regione relative prædominetur, quod præcipue Ossa Temporum & Dentes testantur, *cellulosa* autem illa e contrario juxta articulationes mobiles, per Columnam vertebralem, Pelvim cet. valentior sit. — Ut porro CHEMICAM per Continuum Sceleti rationem advertamus, præcipuum, qui isti competit, characterem, Terræ osseæ scilicet præsentiam, relatione Substantiæ compactæ æquali invenire licet: proinde, ubi hæc prævaleat illius quoque relative maxima cernenda est quantitas, ut in Crani & Faciei Ossibus, in Appendicibus, Claviculis, cet. — id quod observationibus, licet nondum adeo numerosis quoque est compertum, & nominatim Osis Temporum *petrosam* partem hoc

⁸⁹⁾ Illum in Vertebris fibrarum ossearum ad Columnæ longitudinalem directionem scilicet accedentem tractum distinctius in vastorum animalium Vertebris cernere possumus, quamvis v. gr. præprimis apud Balænas Vertebræ texturam præ se ferunt.

⁹⁰⁾ Obiter autem heic advertere luet, fibras apud Ossicula Sesamoidea eadem atque Tendinum Musculorumque, quibus ista coalitis sunt, fibras directione collocatas esse.

hoc respectu, æque ac Dentes, aliis antecellere ⁹¹). Denique de DYNAMICIS quibusdam heic forte attingendis rationibus nihil respectu totius Sceleti, quam quod de Dynamice Oslium per se consideratorum est tractatum, heic aliud afferri potest. Nec si Dynamismus quidam Sceleti continuum singularis perflet, unquam plane in confessu est. Sceleti autem ad motus animalis omnimode aptam rationem, utpote proprie huc non pertinentem, heic omittere opus est, atque tantum de hujusc rei penitiore natura infra physiologica quædam commenta tradere.

At animadvertisetur insuper, ipsam hancce jam tractatam osseæ organisationis continuatatem prævalenter & valde intime cum formationibus organisque fibrosæ textus formæ coalitam esse, iplisque internum fulcimen præbere & cum iis unum idemque Systema velut ejusdem esfentialiter indolis constituerre. Namque, præter Periosteum, — illius puta undiquaque obductum facciforme velamen, — memorata jam varia Ligamenta, & membranacea & fasciculata, porro Tendines Aponeurosesque, denique Musculorum totum, insigne & complicitum genus cum Sceleto quoquoversum plus minusve unita reperiuntur. Est autem Periosteum, cui formationes istæ aliaeque ejusmodi conflatæ apparent, harum omnium quasi fascia colligans sive centrum jure statuendum, quod singulatim & BICHAT ⁹²) & MECKEL ⁹³) animadverterunt.

Quem sic sciagraphice delineare qualitercumque sumus connotati, Sceletus humanus, ut ad vitæ culmen apparet, variæ naturaliter obnoxius diversitati est, quam ex uberrimo causarum

G 2

rum

⁹¹) Vid. Anatomisch-physiologisches Realwörterbuch, Tom, IV pag. 418.

⁹²) Vid. l. c. pag. 187.

⁹³) Vid. l. c. T. I, pag. 447 sqq.

rum gremio semper larga in lucem Natura profert. Hæ autem variationes, eæque præcipue in Forma vel configuratione positæ, sub rerum, quibus sint tribuendæ, titulis jam considerentur. Sunt autem isti: Sexus, deinde Temperamenta sive Constitutiones, tum Artes & Questus vitæ nec non Domicilia, denique Gentis humanæ varietates.

Sexus, illa peringens humani organismi in se duplicitas, quam Sceleto diversam inprimat speciem, his fere consignare possumus: — In *virili* nempe Sceleto, qui femineo quoque magis est procerus, Ossa generatim cuncta grandiora, rigidiora, compacta magis & majoribus insertionum tendinearum musculariumque asperitatibus tuberibusque distincta sunt. Singulares vero si respiciantur Sceleti regiones, Cranii parietes crassiores sunt totaque Ossium Capitis conglobatio in longum magis educata, — Appendices porro longiores Ossibusque crassioribus, firmioribus instructæ, at, quod præprimis eminet, Claviculæ grandiores sunt & magis curvatæ, Scapulæ majores & magis tuberibus umbilicatae, Thoracisque fornicatio amplior, unde totius Sceleti inter Humeros quoque major latitudo. **Femineus** autem Sceletus in universum graciliora, tenuiora, minus firma & ponderosa prominentiisque minus distincta continet Ossa. Quantumque ad specialia, Caput illius non quidem minus sed globosæ magis formæ, Cervicalis pars Columnæ vertebralis longior & gracilior, Vertebrarum Processus transversi minores, Costæ non tam curvatæ nec magnæ, atque hinc Thorax ad latera compressior, — Digitorum extimæ phalanges cuspidatæ magis, & quæ cet. Præcipue tamen cernenda est Pelvis, quippe quæ, latiore Osse Sacro, parietibus sursum magis divergentibus, majori ad horizontem inclinatione atque magis obtuso, quem Ossa Pubis invicem formant, angulo prædita, ampliorem & latiorem caveam cum hiatu deorsum etiam patentiori magisque subrotundo constituit, — unde ad Coxendices relative longe major feminei Sceleti latitudo est, & hinc quoque Femoris Ossa, Truncum versus a se invicem remotiora atque divari.

divaricata, deorsum adductis genibus coëunt ⁹⁴⁾). Præterea cum rigiditate ingenti apud virilis Sceleti Ossa, uberiorique inde Substantia compacta, quam in feminineis, congruit id, quod observatum est, Sceletum virilem scilicet majore Terræ osseæ quantitate ac feminineum abundare, ideoque huic comparatum ponderosiorem esse ⁹⁵⁾.

TEMPERAMENTA, sive generaliter magis *Constitutiones* humanæ naturæ, qua Sceleti diversi principium sunt confide-randa, variam certe huic, pariter atque universo habitui so-matico, ingerunt speciem; attamen raris admodum, quæ de ea re factæ sunt, observationibus, nihil omni ex parte indubi-tati possumus assequi. Id saltem pro comprobato haberi pot-est, Constitutiones, ubi Systemata aut Arteriosum aut Muscu-lare cum Sanguificationis & Respirationis muneribus prædo-minantur, h. e. Temperamenta, quæ *Irritabile* atque *Athle-ticum* sive *Bœoticum*, quibus illud *Cholericum* etiam aliquatenus referri posit, nominantur, Sceleto majorem adtribuere firmitatem, rigiditatem, asperitatibusque distinctam magis for-mam, — & deinde Thoracem præ ceteris in eo evolutum, ampliorem esse; quum contra in constitutionibus, quæ Sen-sitivæ atque etiam Vegetativæ vitæ præcellentia conspicuæ sunt, quales quæ temperamenta *Melancholicum* & *Phlegmaticum* dici solent, suis cum variationibus, Sceleti graciliorem, minus ri-gidam, parumque angulatam in universum formam exhibere videntur. — Eadem omnino rei est ratio, quantum ad vitæ artes

⁹⁴⁾ Cfr. ALBINUS, *de Sceleto humano.* Cap. CXXVI, & MECKER, I. c. Vol. II, suis in locis,

⁹⁵⁾ Teste Cel. AUTENRIETH, Sceleti virilis siccati pondus compara-tum ad corporis totius est ut 10,5 ad 100; Sceleti feminine vero ut 8,5 ad 100. Calvaria contra sola penes feminam est ad reli-qua Ossa ut 1 ad 6, quum in viro comparatio eadem exhibet 1: 10, — & hinc feminine relative amplius Cranium competit. Vid. REILS Archiv für die Physiologie, Tom. VII, (Bemerkungen über die Verschiedenheit beider Geschlechter) pag. 36.

Artes Quæstusque & Domicilia, prout ista omnia scilicet Irritabilitatem, uti sensu latissimo, minus quidem apto, vocatur Arteriosa & Muscularis vis, præsertim promoveant, aut Seniliteræ & Vegetativæ vitæ magis faveant, — h. e. generatim, Constitutionem quandam specialem provocent. Sic v. gr. apud Rusticos, Fabros ferrarios, Nautas cet. osium complexus, una cum firmissimo apparatu musculari, longe valentiorem habet speciem, cum cetero scilicet corporis volume comparatus, atque ex. gr. in Aulicis, Litterarum Artiumque Cultoribus &c.; neque aliter montanos ad vallium incolas sese habere opinari licet. At accuriori nusquam istas res, quantum nobis saltem innotuit, indagine Scrutatores quaeriverunt.

GENTIS HUMANÆ VARIETATES tandem, ut quæ maxime e penitioris Telluricæ naturæ climatisque diversitate proficiuntur, variam admodum Sceleto hominis, ut universo etiam organismo, formam atque indolem adtribuunt. Est autem illa varietas vel in Configuratione atque Statura Totius posita vel potius topica magis in regionis cuiusdam vel partis Sceleti præ reliquis singulari præstantia cernenda: & in primis Trunci cerebralis terminus, Caput sive Calvaria, cui, ut supra innui-
mus, summum competit momentum, variat forma. Jam vero, ut ista figillatim aliquatenus censeantur, ad modum prope Celeberrimi BLUMENBACH ⁹⁶⁾, præcipuas, in quas dilabitur humanum genus, ad scopum præsentem stirpes percurremus, ordiendo ab ea quæ brutis maxime vicina esse videtur.

1. Æthiopica stirps, si Sceletum spectes, his præcipue notabilis est: — Primum in Capite, plerumque valde ponde-roso, cernitur Frons retropresa cum Occipite parum fornicate, — Foramen magnum amplius postrorsumque magis situm, — Ossa Zygomatica magna, anteriora versus valde ducta, Foveis Temporalibus alte sinuosis pone se relictis, — Ossa Maxillaria maxime

⁹⁶⁾ De Generis humani varietate nativa. Ed. III.

maxime exorrecta, margine alveolari proprius elliptico praedita, — Dentes admodum grandes, lati, quique Incisores dicuntur oblique antrorum conniventes, — Insertionum musculari apparatus masticatorii asperitates maxime distinctae, — Apertura pyriformis Nasi amplissima Ossaque Turbinata cavitas nasalis summe expansa, tota Ossium Facialium regio valde evoluta, firma & protracta est, universo simul Capite ad latera multum velut compresio. Hinc angulus ille Camperianus facialis, qui scilicet lineis altera a Vertice ad Menti tuberositatem altera a Meatus auditorii apertura ad imam Nasi ductis invicem decussantibus formatur, minimus, brutorum ferre in modum, est ⁹⁷⁾). Præterea Æthiopici Sceleti Pelvis minorem habet latitudinem, &, quoad Extremitates, Ossa ipsarum graciliora, longiora & Digihi manus pedisque sublongioribus instructi phalangibus sunt, quæquo cetera. Ex quibus colligit rite potest, Ossa, quæ præcipue Masticationis, Gustus & Olfacitus organa suffulciunt, prævalentia apud Æthiopes efformata esse ⁹⁸⁾.

2. Mala-

⁹⁷⁾ Computatur scilicet ad 70 gradus. — Quantum autem ad ingeniosam alias Comperianam illam methodum, rationem inter Faciei & Crani ossa exponendi, attineat, admodum vaga, ut monet BLUMENBACH (l. c.) parumque sibi constans est & dumtaxat obliquam Calvariae imaginem non vero frontem illius ostendit.

⁹⁸⁾ Heic fortassis tamen subiecte refert, quod observarunt, inter omnes Æthiopicæ Stirpis nationes, in quantum notæ sunt, eam, quæ Gallas dicitur, in penitiori Africa habitantem, alteram, *Buschmänner* a Germanis appellatam, populos qui ferocissimi ambo sunt, maxime conspicuum omnibus in partibus cum Simiis similitudinem habere, — quod præprimis hæc, dictæ Terræ partis fines australes versum reperta, turba quoad Sceleti formam testatur. Nam præter supra enumeratos characteres hujuscem Stirpis, penes Buschmannos longe notabiles, Ossa Nasi etiam valde lata sunt, unde cum Maxilla superiore maxime exstante latitudo Faciei quoque simul insignis efficitur: præterea Ossium Femoris diaphyses peculiariter ex antico postorsum compressæ, Ossa Humeri longissima, gracilia, & horum foveæ cubitales articulares, anterior & posterior, foramine interpo-

2. Malayica stirps, ad præcedentem quidem qui proxime accedit, exhibet Sceletum; attamen præprimis his discerni potest: minore scilicet capitis ad latera compressione, Osse Frontis jam magis prominulo, Dentibus non adeo permagnis, Osibus autem Nasi latoribus & Maxilla superiore adhuc multum prosum porrecta, quæque cetera ⁹⁹).

3. Americanæ stirps quoad Sceletum eo discernitur, quod Frons & Sinciput demissa apparent, Arcubus tamen superciliariibus valde distinctis, Orbitæ subprofundæ, Ossa Nasi nonnihil prominula sunt, at in primis quod Ossa Zygomatica versus latera multum eminent, — unde tota Calvaria latitudinem insignem nanciscitur, estque illi præterea & capacitas & pondus minor ¹⁰⁰).

4. Mon-

sito complurium Simiarum in modum communicantes. Vid. CUVIER (Memoires du Museum &c.) in MECKELS Archiv für die Physiologie, T. V, pag. 153 sqq.

Peregrinatorum autem testimonio evictum id esse videtur, fœdissimos insularum Papus, novæ Guineæ & in primis Malicolo incolas, quodammodo ad Æthiopicam stirpem adnumerandos, etiam quoad Sceleti constructionem omnium proxime hominum ad Simiarum accedere naturam, id quod præter allatos characteres, singularis & major quam in aliis gentibus Frontis mox a Radice Nasi retroducta tetrica depressione, Extremitatum usque ad deformitatem longa gracilisque figura, cet. testantur.

⁹⁹) Propter insignem Malayicæ stirpis cum Æthiopica etiam in Sceleto similitudinem haud sine jure, cum Cel. RUDOLPHI (l. c. pag. 60 & plures), illam quoque varietatem solummodo quandam admixtionibus obortam hujuscce præprimis esse stirpis statuere posse,

¹⁰⁰) At inveniuntur tamen multæ hujuscce stirpis variationes plus minusve aberrantes, præfertim in America Meridionali, quarum aliae mirabiliter cuidam penes ferocias populos studio Corporis & Capitis in primis formam diffingendi, ut testatum est, ortum suum debent (Vid. BLUMENBACH & alios); aliae autem soli Naturæ ferociter iudenti tribuendæ, cuius rei exempla, inter alia, *Botocudorum* in Brasilia habitantium Crania, Simiarum proxime in modum summopere deformia, sunt. Vid. Principis MAX, von NEUWIED Reise nach Brasilien. Tabb.

4. Mongolica stirps his Sceleti partibus in primis conspicua est: Ossa scilicet Zygomatica grandia, maxime extorsum ducta sunt, Vertice simul excedente, — Glabella Frontis latissima & fere nulli Arcus superciliares, — Ossa Nasi exigua cum Apertura angustiore cet., unde sima illa Faciei forma ejusque latitudo ingens efficitur, & in universum totius Calvariae figura, facie scilicet adversa, in quadrangularem fere abit, præeminetque adhuc nonnihil præ Crano Osium Facialium conglobatio. Appendices præterea Sceleti minoribus plerumque Osibus componuntur, unde humilior Totius statura pluries, id quod de Arctici orbis gentibus præcipue valet ¹⁰¹⁾.

5. Cauca siccæ tandem sive *Europææ* stirpis nationes ut in tota sua somatica Constitutione secundum pulchrae regulas naturæ maxime efformata sunt, ita quoque Sceleti apud eas æquissima partium inter se ratione noscuntur, ut immo in Olla etiam capitis cuncta regularia sint, h. e. neque Ossa Zygomatica nec Maxillaria præstent, Frontis fornicatio venustissima, Maxillæ atque Dentes perpendiculares &c. ¹⁰²⁾). Ex hoc generis humani centro ceteræ stirpes exorbitant, & eo ipso etiam osseæ Organisationi, quam delineavimus, in Facialis regionis majori vel minori prævalentia in primis positam diversitatem in primit. Abeunt autem, auctore BLUMENBACH, in duas directiones diversæ istæ stirpes: altera insignitur luctuosa Calvariae compressione laterali, quam Malayica & tum Æthiopica stirpes habent; in altera vero Capitis compressio præcipue e fronte est, sive occipito-facialis, unde insignior Capitis latitudo, qua Mongolica stirps & deinde Americana dignoscuntur ¹⁰³⁾. H

¹⁰¹⁾ Camperi angulus in Mongolorum Craniis ad 75° censetur, major igitur quam in Æthiopum, at eundem nondum in Europæorum æquans, ubi ad 80° ascendit.

¹⁰²⁾ Ejusmodi maxime normalis Cranii exemplaria Græca, teste BLUMENBACH, exhibent. Vid. Anat. Physiol. Realwörterbuch, T. IV, pag. 481.

¹⁰³⁾ De hac jam tractata diversitate cfr. BLUMENBACH, (l. c.) & alios.

Prætermittendum denique heic non est, quod crebro observarunt, diversitate quoque Nationibus singulis propria in hoc vel illo in primis Cranii partes alterari, cuius rei certe innumeræ eæque valde occultæ causæ sunt. — At incerta nimis via, quæ hac de materie habemus, observata facta sunt, quam ut pro explorato quid statui posit. Singularem autem & luculentam exceptionem permittunt *Judæorum* Crania, quæ, ut docet BLUMENBACH, Osibus Nasi enormiter vulgo ampliatis, Maxillaribus superioribus maxime cuspidate antrosum coalitis &c., peculiaria summeque conspicua sunt. — Quam vero Individualites hominum Sceleto & in primis Centri individualiæ hujusce naturæ involucro, Cranio, adtribuunt diversitatem, in tot innumerabiles atque tam maxime accidentalibus causis pendentes aberrat formas, & congenitas & adquisitas, ut ne Celeberrimi quidem GALL per vestigationibus, quas instituit acutissimas, quidquam accurati & vere indubitati ex hac variatione in præsentia fas sit expromere.

Quæ jam de Sceleto sunt dicta, ad eam, quam sumus ingressi, disputationem quodammodo sufficere putantes, primæ huic Sectioni, Osteographiæ nimium corporis humani adulti, finem imponamus.

Emendanda in Sectione prima.

- pag. 2, lin. 20, leg: agentem, ex qua provenit
 - 10, — 22, — demum meri quasi procesus Osium
 - 15, — 11, — nimurum aut exteriora aut interiora
 - 15, — 3, — Dictæ Osium arteriæ
 - 19, — 15, — fibræ earumque multiformes
 - 29, — 11 & 12, — ut crescunt Ossa
 - — 16, — fermo erit, paullo propius
 - — 19 & 20, — morbose tantum
 - n. 61, l. 1 & 2 — terram osfam
 - 35, — 31, — commissuras præbet
 - 36, — 8, — aptissime Synarthroseos
 - 37, — 14 & 15, — marginum articulares, inconditis
 - — 28, — re conglomerante proprie
 - 58, — 16 & 17 — contemplandum si vertimus
-